

## **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In Qua Tractatur De Contractu Et Sacramento Matrimonii

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1678**

Concl. X. Valet Matrimonium, contractum coram Parocho, habente titulum coloratum, cum errore communi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73432](#)

valida sunt, si fiant ab eo, qui habet talem Ordinem, dummodo servet in reliquis debitum ritum, etiam si censurā, vel alia viā sit actio prohibita; quia censurā vel proibitione non auferatur aliquid, quod fit de necessitate actionis, nec pendet actionis valor ex bonitate operantis.

Valeat Con-  
firmatio aut  
Ordo colla-  
tus ab Epif-  
copo excom-  
municato.

Sic Omnes fatentur, valere Confirmationem aut Ordinem, collatum ab Episcopo excommunicato non tolerato, similiter Extremam Unctionem, collatum à Sacerdote excommunicato non tolerato; cur ergo etiam non valeret Sacramentum Matrimonii? Quāvis enim Christus potuerit facere, ut Sacraenta à se instituta, si fierent à ministro prohibito, non valerent, de facto tamen Christus noluit tollere valorem.

Valeat solem-  
nis benedi-  
cio nuptia-  
rum data à  
Parocho ex-  
communicato,  
ex Dicatio-

Ex quo deducit & probat Dicastillo sup. n. 72, solemnem benedictionem nuptialem, datam à predicto Parocho excommunicato, suspensi, irregulari, valere. Potuisse quidem, inquit ille, Ecclesia irritam reddere ejusmodi benedictionem, si voluisset, cum ea dependeat ab ipsis Ecclesiae institutione, de facto tamen noluit valorem tollere, sed simili modo eas actiones voluit valere, nec apparet aliquid verbum aut caput, unde colligatur, Ecclesiam eam irritam esse voluisse.

Purat sua-  
rez talen  
Parochum  
incurrere ir-  
regularita-  
tem.

Citat autem pro hac sententia Dicastillo Suarium de Censuris disp. II. sect. 3. n. 9. Sed ibi nihil simile reperio; porrò n. 19. sic lego. Alius concursus Parochi circa Matrimonium esse potest ad solemnem benedictionem conjugum, quae non est administratio alicuius Sacramenti, sed cuiusdam ceremonie seu Sacramentalis, ad solemnem ritum Matrimonii pertinens; & de hoc actu communis sententia est, sufficere ad irregularitatem contrahendam, quia illud ministerium est proprium Sacerdotis ratione sui Ordinis: nam licet illa actio Ecclesiastico jure instituta sit: tamen ex eadem institutione requirit, ut ministrum necessarium Sacerdotem, ut constat tum ex ritu praescripto ad illam benedictionem, tum ex communi ufo Ecclesiae, tum etiam ex c. I. & 3. de Secundis nuptiis, & non nihil etiam facit Isidorus in c. I. dist. 25. ubi ad Sacerdotem ait inter alia munera pertinere, Benedicere dona Dei.

367.  
Probatio.

Supponit autem hæc sententia, propter omnem utrum Ordinis, præsertim faci, etiam si accidentalis & secundarius sit, incurri irregularitatem, dummodo tam gravis sit, ut ad peccatum mortale contra censorum prohibitionem sufficiat. Quod autem illa benedictio solemnis conjugum, sit materia gravis, & sufficiens ad peccatum mortale, contra censuram, certissimum mihi videtur; quia est publicum & soleme mini-

sterium Sacerdotale, plures continentationes & benedictiones, ac denique officia communicatio cum activo ufo, aministerio proprii Ordinis Sacerdotali, finitimus Suarius. Ubi etiā nihil determinat valore & invaliditatem istius benedictionis.

Igitur loco Sect. 3. legendum est, ubi expresse meministi illius benedictionis & docet generalem & communem sententiam, ea omnia, quæ jurisdictionem non requirunt, sed solum Sacerdotalem Episcopalem Ordinem, validam esse, si minister talem Ordinem habeat, & in religione debitum ritum servet, etiam si excommunicatus sit.

Sed his videtur contrariari, quod art. 3. chez lib. 3. disp. 21. n. 8. videretur officia, jurisdictionis, benedicere sponsos illius, quæ precipit Trident. sect. 24. de Matr. Ego vos coniungo &c. Si haec benedicitur actus jurisdictionis, quidam invalidatio benedictio solemnis, quæ requiriatur Sacerdotalem, & præterea totum per benedictio, videlicet, ut fiat a parocho, vel alicio Sacerdote, de episcopo. Si autem est actus jurisdictionis, quæ invalida, sicut alii actus jurisdictionis, deponitionem expectabat a doctoribus, item subscrivo novam Conclusionem, quæ hæc habet:

## CONCLUSIO X

Valeat Matrimonium, contractum coram Parocho, habente titulum colonum, cum errore communi.

C Ita hanc Conclusionem multa loco proponenda & diffundenda, illa loco proposita & dissoluta fuerit. Dis. 7. Sect. 2. Conclu. 1. sententia non: Existens titulus colorato cum communione, Ecclesia singulariter defectum in singulis, putata, defectum jurisdictionis, ad Absolutionem Sacramentum, ut ibi tractatur. Si autem in Sacramentum penitentia supplet illum defectum, titulus colorato, cum communione, non etiam in Sacramento Matrimonii supplet defectum non jurisdictionis, sed solitatis seu dignitatis Parochialis, si vero errorum communem, propter titulum coloratum, putetur in aliquo esse, in quo verâ non est?

Profectò non minus pericitur bonum commune in uno Sacramento, quam in aliis, quod tamen bonum commune unica ratio est, quare Ecclesia supplet defectum in Sacramento Pœnitentia. Unde absurdum fo-

B  
Sacra  
P

ret seu irrationabile, quod in uno Sacramento vellet supplere, & non in altero, cum in utroque possit supplere (nam qualitas illa Parochi solum requiritur ex constitutione Ecclesiæ ad valorem Matrimonii, ut patet ex dictis) & nulla omnino sit ex cogitabilis ratio, quare minus vellet succurrere bono communii in Sacramento Matrimonii, quam in Sacramento poenitentiae; & aliunde ad Ecclesiam spectat providere bono communii, quantum commodè fieri potest.

Igitur ea omnia, quæ loco superiori allegato pro d. Conclus. adducta sunt, par passu hoc loco pro præsenti Conclus. adduci possunt, & debent; & quæ contraria, eodem modo hic, sicut ibi, solvenda sunt. Atque si ut ibi doctrinam illam de Judice colorato seu putativo, qui à principio institutus fuit per legitimum Superiorum, extendimus ad Judicem intrusum, ut sic loquar, id est, qui à principio institutus fuit ab illegitimo Superiori, vel se ipsum sine titulo & Autoritate legitimi Superioris intrusus, v. g. in Officium Parochi, & jam communiter ab omnibus habetur Parochus; sic itidem impræsentiarum extendimus hanc Conclusiōnem ad simile Parochum, quidquid Sanchez contradicit sup. disp. 22. n. 63. ubi sic ait:

Secundò infertur decisio cuiusdam quæstionis conscientia, de qua consultus sum. In oppido quodam absuit Parochus, Concilium oppidanum simplicem Sacerdotem loco Parochi substituit, qui biennio omnia Parochi ministeria obivit, communione omnium opinione versus Parochus existimatus. Dicendum est, Sacra Confessionis & Matrimonii, que al sui valorem, jurisdictionem Parochi desiderant, invalida fuisse, & prorsus iteranda: qui defuit titulus in Parochio illo præsumpto, collatus a legitimo Superiori Ecclesiastico (Concilium enim oppidanum jurisdictionem Ecclesiastica conferre non potuit) in quo casu nihil proficit communis error. Hæc ille.

Sed oppositum nos docemus loco supra allegato de Confessionibus, cum Pontio sup. c. 20. n. 2. & seqq. & idem cum eodem Auctore ibidem, oppositum docemus etiam de Matrimonio. Hic (inquit Basilius. n. 6.) quæso Lector animadverterat, quanta animorum perturbatio sequeretur, si omnia Sacraenta Matrimonii, & Confessionis sufficiant invalidas.

Quod si quis nobis opponat, eandem perturbationem sequi, si Parochus sine intentione ministraret; & tamen planum est, Sacraenta Confessionis, Baptismi, & alia in eo casu non valuisse; in promptu est responsio: est enim longe diversa ratio; quia intentio in Sacramentis jure Divino requiri-

tur; jure autem humano applicatur jurisdictioni materia, & ita jus facit, quod potest, ad evitandam rerum perturbationem, & ita censetur in his casibus jurisdictionem confusuram, vel materialm applicasse. Ita Pontius.

Itaque ratio Conclus. est, voluntas Ecclesiæ, quæ potest in tali casu jurisdictionem seu dignitatem Parochi supplere, & tandem quam prius mater censetur velle supplere ad evitandam maximam perturbationem suorum filiorum, quæ proculdubio oriretur, si Matrimonia illa forent invalida.

Valent ergo arg. l. Barbarini, ff. de Offic. Prætorum, l. 2. Cod. de Sentent. & interloc. Novell. 44. c. 1. in fine, & denique cap. 1. 3. q. 7. Et quāvis in illis juribus &c. (quorum verba videre poteris loco supra citato ex disp. 7.) nulla fiat expressa mentio Matrimonii, ut nec Confessionis seu iudicij Sacramentalis, sed tantum judicij fori externi; equidem communie consenserit omnium DD. extenduntur ad judicium fori Sacramentalis, & ad Sacramentum Matrimonii; saltem quando adest titulus coloratus, & de quo casu, tanquam certiori, loquitur Conchus.

Quam veram existimat Sanchez supra n. 61. non solum quando contrahentes ignorant Parochum assistenter vero titulo carere, sed etiam dum probè id noverunt, dummodo communiter eretur, id est, communiter existimetur habere verum titulum. Et idem additur in Conclus. *Cum erro*. Quare ad datum in Cō-re communi, quem solum jura supra allegata claus. ly Cum attendunt, quia hic solus est, qui potest errore cō-causare perturbationem animorum, cum munere notabilis documento boni communis.

Ergo sicut error particularis contrahentium non sufficit, ut Matrimonium valeat concoram Parochio colorato; ita etiam non officiat ejus valori, particularis scientia contrahentium; quippe planè accidentaria est, & rarissime contingens; leges autem attendunt, non quæ raro & in particulari casu contingunt, sed quæ communiter accidentunt, l. 5. ff. de LL. Nā ad ea potius debet aptari jus, & frequenter & facile, quam quæ perrard. L. 5. ff. de eveniunt.

Valeat igitur Matrimonium, licet is, cui concedit Parochus licentiam assistendi, sit merus laicus, si communis estimatione & errore creditur Sacerdos, pro tali publicè se laico licenterens. Quia quāquam Parochus non possit dare licentiam non Sacerdoti, ut diximus Conclus. 8. at concurrit titulus præsumptus, scilicet licentia à Superiori potenti concessa, estque communis error, & impedimentum, ob quod invalida fuit, est factus juris humani, in quo casu jus suppletum defectum, & gesta per talem valida sunt, ut hic & alibi probatum fuit ex jure communis.

Sicut

*Quid si Parochus det errorre credatur Sacerdos, pro tali publicè se laico licenterens? Valeat cum communis errore.*

Probatur à  
simili.

Sicut si Tridentinum disponeret, ut soli Sacerdoti Catholico, posset dari licentia assistendi Matrimonio, valeret utique, si affirmeret Sacerdos hæreticus, communem errore excommunicatus Catholicus, ex licentia Parochi; quia vitium illud, ob quod licentia nulla fuit, erat solius juris humani, communiterque latebat.

376.

Occurruntur

objectioni.

C. 1. 3. q. 7.

Et quāvis hic, cui conceditur licentia, sit delegatus, nihil officit; arg. cap. *Infamis*, vers. *Verumtamen*, 3. q. 7. ibi: *Si servus dum putaretur liber, ex delegatione sententiam daret &c. sententia, ab eo dicta, rei judicata firmatam teneret*. Ubi aperte sermo est de judge delegato, & tamen ejus sententia sustinetur, cùm verū judex non esset, propter communem errorem. Ergo etiam sustinendum est Matrimonium, cui talis delegatus attinet.

Quod verum est, tametsi etiam ipse Parochus, concedens licentiam, haberet tantum titulum præsumptum, collatum à legitimo Superiori, invalidum tamen ob vim titulum occultum; immo, secundum nos, tametsi foret intrusus; quia talis Parochus, dum tituli nullitas, aut intrusio communiter latet, validè gerit omnia, ad Parochi munus spectantia. Similiter valeret Matrimonium, si licentiam, legitimè concessam, occultè revocasset, stante communi revocationis errore. Quia retinetur adhuc licentia, ob titulum initio habitum, & communem errorem.

Hac doctrina vera est, et si Parochus solum haberet titulum præsumptum.

Ex his infertur 1. quāvis Parochus ipso facto privatus fuerit beneficio, v.g. quia intrā annum non est promotus ad Sacerdotium; si ipse vel alius Sacerdos, de ejus licentia, affiat Matrimonio, validum esse; quia nondum possessione spoliatur, & quādri illā non spoliatur, præsumitus habere justam retinendi causam; arg. cap. 28. de Præb. in 6.

*Quid si Parochus ipso facto fuerit privatus be-neficio?*

Ex his infertur 1. quāvis Parochus ipso facto privatus fuerit beneficio, v.g. quia intrā annum non est promotus ad Sacerdotium; si ipse vel alius Sacerdos, de ejus licentia, affiat Matrimonio, validum esse; quia nondum possessione spoliatur, & quādri illā non spoliatur, præsumitus habere justam retinendi causam; arg. cap. 28. de Præb. in 6. Licet Episcopus beneficium, quod cum animarum cura temebas (postquam aliud recipisti confimile, ac ipsius possessionem pacificam habuisti, vel per te fecisti, quo minus haberes eandem) possit alteri de jure conferre: illum tamen cui contulerit, non debet, te non vocato (cum tibi forsitan possit competere retinendi) in possessionem ipsius inducere corporalem.

Ubi Gloss. verb. *Te non vocato*, infert: *Non ergo removebitur possessor à sua possessione vel quasi, sine causa cognitione: ex quo titulo possideret, licet injusto*, 16. q. 4. *Volumus*. Et multis interjectis, in fine sic ait: *Et quod hic dicitur, idem intelligo secundum prædictos DD. in omni eo casu, in quo privatus est quis ipso jure &c.*

378.

*Suffici pos-sessio facti, secundum Sanchez*

Jam autem, secundum Sanchez suprà n. 56. ut gesta talis Parochi valeant, sufficit possessio, etiam tantum facti, ibi: *Et ait bene Navarrus eod. cap. Placuit, de Pœnit. dist. 6. n. 179. & sequenti, idem esse dicen-*

dum, quando ipso facto ob crimen effectorius beneficio & possessione: nam dum non est notoria privatio, retineretur possesso-nem facti, valent omnia gesta per illum, la Sanchez.

Et n. 58. docet, probabilitas idem dicendum esse, quando privatio effectorius sententiam, concurrente communi errore. Quia, inquit, ut ait Baldus l. 1. n. 12. *Cod. Teftam*, quedam reliqua remanentrum, ju-notatur l. *Etsi pluribus, ff. de Aut.* Item, quia est error communis, ortus à puto tituli initio. Ita Sanchez cum Aliquo citat.

Sed quid si Parochus facte concedit licentiam Sacerdoti, assistendi Matrimonio id est, absque vera intentione concedit, sed solis exterius verbis? Pet. de Lede de Matr. q. 45. art. 5. p. 3. dub. 4. folio column. 2. in fine ait: *non valere Matrimonium, coram tali Sacerdote colorem. Idque à simili probat; quia confessus Sacerdoti, cui Episcopus facultatem mali de Confessiones, facte concessit, mali, qui cum licentia invalida sit, mali nullus.*

Sed profectò (inquit Sanchez suprà) petit principium, probando idem per dictam eadem profutus in utroque causa refutatur difficultas. Eandem sententiam in dicto omnino simili tenet Medina trac. 2. de Matr. Confess. q. De multiplici licentia alieno con-fidenti, ad finem, ubi ait: *si Placuit videlicet & tacens alienum Sacerdotem audire Confessionem, revera non confitit, nec de licentia, excusari potest, ne probabili signi-ficantia penitentem & Confessorem; at Confessionem esse invalidam debet quod dictio-*

Caterū, credo validam esse illam Confessionem & Matrimonium in utroque causa eventu. In primo quidem; quia nonnulla licentia collata à legitimo Superiori, quia nullitas est occulta, atque ita ad communis error, cum titulo præsumptuoso licentia concessa excommunicato, dicto denuntiato, audiendi Confessiones, invita-efit: at dum in hoc loco excommunicato est occulta, validæ sunt Confessiones, vires talis licentia auditæ, ratione communiteroris. In posteriori autem; quia carceratio de presenti, reputatur in iure & apostolico, vera licentia, scit licentia expedita concessa, & ita concurrit titulus præsumptus, & communis error. Hæc ille.

Quem sequitur Basilius Pontius sup. c. 19. n. 14. hoc tamen præcipue fundamento, quod in omni contraktu, excepto Matrimonio, & in omni actu, excepta Sacramentorum administratione, vel universitate in omni actu, in quo jure divino vel na-

turali non requiriuntur intentio, valeat consensus fictus, verbis tantum expressus. Quare, inquit ille, hujusmodi licentiae valent, non tantum ex aequitate, sed mero jure.

Nos autem cum Sanchio dicimus, non valere mero jure; sed tantum ex aequitate; quia alibi istam doctrinam Pontii rejecimus, & oppositam validissimis rationibus stabilivimus. Vide Sect. 1. Concl. 5. ubi de Sponsalibus fictis.

<sup>382.</sup> Illud, quasi pro coronide, ad calcem humani Conclutionis addiderim: Si sint diversae opiniones, an aliquis sit legitimus minister Matrimonii, vel licentia illi concessa sit legittima; & opinio, affirmans, non esse legitimam ministrum, sit coram Deo vera; dum tamen veritas illa later, & communis sapientum opinione, reputatur probabilis opinio opposita, Matrimonia celebrata coram tali ministro, vel virtute talis licentiae, valent; quia est communis error, titulusque presumptus, collatus a legitimo Superiore, & defectum illum ministri aut licentiae potest jus humanum suppleret. Ita Sanchez supra num. 65.

Quam doctrinam Pontius supra cap. 20. n. 7. intelligit in eo tantum casu, quo non est animus formaliter dubius; cum, inquit, habemus certam juris regulam: In dubiis tutorem partem esse eligendam. Quare cum in ejusmodi dubiis tutor pars sit opposita, illa eligenda erit. Et sane videtur esse longe diversa ratio inter hujusmodi formale dubium, ratione probabilitatis opinionum, & inter communem errorem. Nam cum aliquis existimat Parochus communis sensu v. g. nulli dubium occurrit. Quare non est, cur cogatur aliam partem eligere, cum de ea nulla contingat dubitatio. Hæc ille.

Respondeo: illam regulam juris, prout obligatoria est, intelligi debet de dubiis propriè dictis, id est, quando omnibus consideratis pro utraque parte questionis proposita, intellectus neutri parti adhaeret ut vere, nec de una potius, quam de altera parte contradictionis, fert judicium; sed omne judicium circa questionis resolutionem suspensionem tenet. Jam autem in nostro casu non est tale dubium; quippe omnibus pro utraque parte consideratis, intellectus uni parti adhaeret ut vera, & de una fert judicium, v. g. judicat, hunc esse legitimum ministrum, adeoque coram ipso validè posse contrahi Matrimonium; nec unus tantum Doctor aut alter sic judicat, sed communiter omnes.

Vel ergo revera & coram Deo est legitimus minister, sicut judicatum est, & sic me rojore valent Matrimonia, coram ipso contracta; vel à parte rei, & coram Deo non est legitimus minister, & est error communis, quia commune judicium, ut suppono; adeo;

que non est ratio, quare non valeant hujusmodi Matrimonia, valeant, inquam, ex aequitate, propter utilitatem publicam, quæ aliqui pericitur.

Sed nunquid communis sapientum opinione verè probabile est, validè assistere Matrimonio Parochum alienum sine licentia proprii? Resolutio patebit ex Conclusione sequenti, quæ talis est:

### CONCLUSIO XI.

Ut valeat Matrimonium requiriatur assistentia proprii Parochi. Proprius autem est, in cuius Parochia contrahentes habent domicilium vel quasi.

<sup>383.</sup> **P**rima pars est indubitate ex Concil. Trident. sess. 24. de reform. Matrimonii c. 1. ubi in principio loquitur de proprio Parocco, ibi: *Præcipit (S. Synodus) ut in posterum antequam Matrimonium contrahatur, ter a proprio contrahentium Parocco &c. Et infra sic ait: Statuique benedictionem a proprio Parocco fieri.*

Rursumque: *Quod si quis Parochus &c. alterius Parochie sponsos, sine illorum Parochi licentia, Matrimonio conjungere, aut benedicere ausus fuerit, ipso iure tamdiu suspensus maneat, quamdiu ab Ordinario ejus Parochi, qui Matrimonio interesse debebat, seu a quo benedictione suscipienda erat, absolvatur. Et vero quis ille Parochus, qui Matrimonio interesse debebat? Nonne contrahentium? Patet id manifestè ex illis verbis: Sine illorum (scilicet sponsorum) Parochi licentia.*

Nec obstat: quod non dicat, Matrimonium esse irritum; quia hic solum tractat de pena dicti Parochi seu Sacerdotis, ac proinde non opus erat repeteret Matrimonii nullitatem, quæ satius erat expressa hisce verbis: *Qui aliter, quam praesente Parocco, vel alio Sacerdote, de ipsis Parochi seu Ordinarii licentia &c. Parocco, inquam, proprio, cui soli competit dare illam licentiam: ut patet ex dictis verbis: Sine illorum Parochi licentia Matrimonio conjungere &c.*

Quatavisi ergo in isto Decreto irritante non exprimatur ly *Proprio*; equidem subintelligendum esse, haud obscurè colligitur ex verbis superius allegatis, partim præcedentibus, partim subsequentibus; cum non sit verisimile, Patres Concilii Trident. verbum, ab ipsis semel cum quadam modificatione, seu determinatione vel specificatione prolatum, licet quasi succinctiori repetitum, voluisse in sui repetitione, datâ sibi per eos modificatione seu specificatione, sine certa causa carere:

Rrr

carere: